

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

Sub Sacrificio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

vitiis purgate ac virtutibus exornate; ut dignum reddatur, in quo purissimus novæ legis Agnus spiritualiter sacrificetur, & cum gustu ac fructu comedatur. Amen.

*Oratio ad Sanctum hodiernum.*

Gloriissime Sancte N. obsecro te, hanc mihi à Christo patiente gratiam exora; ut Dominicæ passionis mysteria, in Missæ sacrificio adumbrata, eâ devotione ac mentis teneritudine commemorem, quâ tu in terris degens eadem commemorasti. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

S U B S A C R I F I C I O.

I. Imaginare tibi jam Hortum Gethsemani, jam atrium Pilati, alias montem Golgothaum, in quo sacrifices; te verò veluti variis morbis obnoxium intuere; talemque te sub introitu agnosce, sub Confiteor palam profitere. Sub Kyrie à SS. Trinitate misericordiam & misericordiam tua- rum medelam exposce.

II. Sub Epistola & Evangelio; exem-  
plo aliorum morbidorum à Christo sana-  
torum spem curationis certam concipe; &  
sub

sub Credo fidem excita, omnipotens  
possit, sapientiae, quæ mille remedia  
Bonitatis, quæ opitulari ardenter velit,

III. Sub Offertorio & Praefatione  
gita Cœlestem Medicum se accingere:  
nare, ingredi Hierosolymam ad confiu-  
da alexipharmacæ contra tua pathim-

IV. Sub Elevatione honora & al-  
Medicum propter necessitatem tuam:  
corporis ac sanguinis ejus pretiosi me-  
menta tibi applicari postula.

V. Sub Agnus Dei, ut tuorum  
botius Mundi peccatorum morbos  
ferventer pete, & sub Domine non  
dignus, cum Centurione indignum  
nosce & profiere, in cuius Domum dia! A  
mundam cœlestis Medicus descendat poten-

VI. Sub Communione te à divino nibus  
dicotangi, & ipsiusmet manu medi O cœ-  
menta applicari tibi persuade. Sub sermo-  
leclis post Communionem pro honesta anima  
amore tanto gratias age, & à Sacro tantū  
canticotrium puerorum lauda. vus er

VII. In Recollectione eosdem affecto quo  
continua; Medicumque cœlestem quod ut ex  
modo circumduc per cordis tui hospitii salvis

partes affectas ostende, rogans ut omnibus  
externis & internis animæ morbis medea-  
tur.

## POST SACRUM.

In eos erumpe affectus, quos eliceret  
infirmus plurimis morbis gravatus. & de-  
positus, adveniente totius mundi peritissi-  
mo, benignissimoq; Medico.

## AFFECTUS

Ad Christum Animæ Medicum.

## I. Actus Fidei, &amp; Spei.

**V**enisti magnus de cœlo Medicus;  
quia magnus in terra jacebat ægro-  
tus. Benedicta sit hæc ineffabilis misericor-  
dia! Adoro te mihi nunc intimè præsentē,  
potentissimum Auxiliatorem, afflictis om-  
nibus olim tam mirabiliter opitulantem.  
O cœlestis Thaumaturge! tu potens es in  
Sub sermone; tantum dic verbo & sanabitur  
honesta anima mea. Tu potens es & in opere; si  
tantum tetigero vivâ fide & fiduciâ, sal-  
vus ero. Credo, Domine, te id posse, cre-  
do quoque te id velle, tantum adjuva me,  
ut ex parte mea nihil deficiat, & statim  
i hosti salvis & sanus ero.

H.